

D E
POPLITIS ANEURISMATE

DISSERTATIO,
MEDICO-PHYSICO-CHEIRURGICA

A U C T O R E


MICHAELE ANGELO GRIMIO

PHYLOSOPHIAE AC MEDICINAE IN ALMA PISANA
ACADEMIA

D O C T O R E

Nec non ANATOMES AC MEDICINAE CHEIRURGICAE IN GYMNASIO
SACRAE RELIGIONIS HIEROSOLYMITANAЕ PRIMARIO

PROFESSORE.



L O N D I N I M D C C L X X I I I .

In Medicina etiam ubi p̄petuum est, quod fieri debet,
non tamen perpetuum est id, quod sequi convenit.

A. C. CELSI Lib. VIII.

PRAESTANTISSIMO AC NOBILISSIMO VIRO
F. BERNARDINO HIPOLITO
DE MARBOEUF
XENODOCHII HIEROSOLYMITANI MAGNO
EQUITI.

S. P. D.

MICHAEL ANGELUS GRIMIUS.

LIBRI Illustrum Virorum sub nomine alicujus Praemecenatis sive ob nobilium Avorum progeniem, sive ob singulares virtutes, sive ob dignitates in lucem edi solent. Et quoniam propter ortum, ingeniique acumen in sublimiores dignitates erestus es, & A 2 prac-

praecipue in illam MAGNI EQUITIS XENODOCHIJ
hujusce Sacrae Familiae Hierosolymitanae, hanc Differ-
tationem sub tanta tua tutela publicare decere existi-
mavi. Qua de re siquid minus concinnum ornatumque
invenies, quaeſo ut mihi ignoscas. V.

Datum Melitae Kalendis Martii MDCCCLXXIII.

MICHAELIS ANGELI GRIMII
DE POPLITIS ANEURISMATE
 DISSESTITO
 MEDICO-PHYSICO-CHEIRURGICA

§. I.

Poplitis Arteriam situ, & partibus, quae eam circumstant, fieri posse Aneurismaticam perdifficile, atque incredibile videtur. Quia de re nullam fieri mentionem, quod sciam, nisi unam tantummodo observationem apud HENRICUM A MOINICHEN, (a) & nuperime alias apud JOHANNEM BAPTISTAM MORGAGNIUM omnium Anatomicorum Principem (b) viderim. Cum vero tum in Florentino Sanctae Mariae Novae Nosocomio, tum alibi alias animadverterim bene multos hac morbi specie laborasse. De eadem perbrevem tractationem instituere, visum mihi est. In quatuor igitur sectiones dissertatio haec deducta erit; ut una esset quomodo enascatur; altera agat de divisione, causis, ac differentiis; tertia de phoenomenis, atque effectibus, & consequentibus; quarta, & ultima de ejus curatione: & ad eas protinus veniam.

Quo-

(a) Vide observationes medicas virorum CI. MICHAELIS LYSERI HENRICI a Moinichen, MARTINI BOGDANI, JACOBI SIDELLIS e Museo TH. BARTOLINI edit. Afiae.

(b) De sedibus & causis morborum per Anatomen indagatis Epist. Anatomico-Medica L. p. 267. & plures alias T. II. edit. Venet.

QUOMODO POPLITIS ANEURISMA ENASCATUR

SECTIO PRIMA

§. II.

QUAMVIS Arteria a tergo cavitate ejus ossea & a latere Femoris condilis, Tendinibusque musculorum Tibiae Flexorum & a fronte Vena, quae idem nomen habet, & Nervo, qui praecedit, circumdatur: Nihilominus tamen ejus Aneurisma enascitur, multoque magis sit amplum quam illud caeterarum arteriarum, quae renixum non habent; ut soepius ipse ego experthus sum.

§. III.

Aneurisma autem hujuscē Arteriae in relaxatione aliqua sacciforme, seu herniosa unius vel plurium Tunicarum, ex quibus constat Arteria, consistit; habetque initium a parvo tumore, qui sensim increvit, proportione vero incrementale, & ex intervallo, quod inter femoris condilum, venam & nervum est, prominet; quo autem ab ejus situ distat, vena Poplitea conseruit, & paulatim locum Arteriae accipit, & Nervus pariter illum venae, & Arteria Aneurismatica ejus locum occupat, totamque vel partem Popliteae cavitatis implet.

§. IV.

Id tandem, dum instituebatur operatio Aneurismatis Poplitis JOSEPHI BORGHI Domo Florentiae, aliorumque in Sanctae Mariae Novae Nosocomio Anno MDCL., haud obscure animadverti. Verumtamen qui funditus in rerum anatomicarum cognitione est versatus, tantis observationibus minime indiget, quia satis clarum est, quod cruralis arteria ei appropinquetur paulo supra condilum femoris interiorem, aliquantis per flectitur:

&

(VII)

& postea Poplitea in cavitate ad perpendiculum descendit & ad internum Femoris condilum protendit, ut revera si ligata, & obstricta erit ejus extremitas inferior, sectione aperta ejus basim versus, & infusione alicujus liquoris vehementer impulsa in ejus cavitate, inspicitur ejus diametrum dilatari internum condilum versus & vena, quae supra est, ad extreum femoris condilum paulum vergit. Si talis immutatio non fieret, profecto nunquam dari Poplitis Arteriae Aneurisma posset.

§. V.

Ex hac Anatomes observatione deduci etiam formatio, atque situs insigniorum ramorum hujusc Arteriae, & immutatio potest: ut vero mente ejus naturam concipiamus, optimumque judicium faciamus, illa auxilia, quae juxta morbinaturam convenient, nec non loci quem tenet, atque partium, quae eum circumstant, praestemus.

§. VI.

Quamobrem id porrigitur & ita amplum fit, ut nasci videtur, ex immutatione iitus partium, quae hac in cavitate sunt, & praecipue ex nervi compressione Aneurismatis extremitates versus; nihilo secus sanguis ejus impetu superioris compressionem extremitatis superat, & per cavitatem tumoris Aneurismatici profluit; sed aliquid impedimentum non parvum altera offert extremitas. Qua propter fibras jam relaxatas, ex quibus arteriae tunicae constant, impellit, adeo ut ab eorum axi magis magisque absit, & ad modum hunc Aneurisma Arteriae Popliteae, & eorum ramorum fiat.

SECTIO ALTERA

§. VII.

ANeurisma hoc distinguitur in verum, spurium, & compositum, mixtum vel complicatum. Verum tantummodo illud est, quod in relaxatione aliqua unius, vel plurium Tunicarum Arteriae Popliteae ratione facci vel herniae (ut in sectione prima §. iii dictum est) consistit. Spurium autem, nihil est nisi veri consequens, quotiesunque nimirum Tunicarum arteriae fibrae valde sunt extensae, & ab eorum axi remotae disrumpuntur, & sanguis extra Arteriam effunditur in odiposum panniculum: & tumor ingens fit, & ejus compressione cutem abruptionis efficit, ex quo Haemorrhagia evenit: ut praedictus HENRICUS a MOINICHEN narrat; sed non descripsit, si Aneurisma istud in ejus Trunco vel potius in ramis fuerit. Mixtum tandem seu complicatum, cum adsit ossium illius partis caries; illius cellularis membranae abscessus, & illius venae varix, dicitur.

§. VIII.

Causae, quae hanc gignunt morbi speciem, sunt. (1) Nimirum laxitas, seu atonia in fibris quibusdam Arteriae. (2) Earum disruptio ex interna, ac latente causa genita, vel ex perspicua, atque externa; quamvis hoc in loco difficultas aliqua occurrit. (3) Unam ex praecipuis Aneurismatis causis esse inflammationem illius cellularis substantiae interpositae, quae non solum inter arteriarum Tunicas adest, sed & earum fibras, existimo. Et id negari ab iis, qui minutim Anatomiae periti, ac eruditii sunt, non potest. (4) Specialis vero hujuscce Aneurismatis causa est, genuum levis submissio; tunc enim sanguis, qui magna vi praefluit, in ejus angulum impellit, & quia illinc non nihil renixus est, fibrae, ex quibus Arteriae Tunicae constant, ab earum axi distant, dein Tunicae relaxantur, & formatur Poplitis

(IX)

tis Aneurisma: ut in sectione prima §. iii. indicatum est.⁽⁵⁾
Mala ejusdem Tunicarum conformatio, atque irregularis stru-
tura. (6) Sanguinis fervor.

§. IX.

Ratio potissima, cur plus in *Italia* quam in caeteris regio-
nibus transalpinis Aneurismata fiunt, ut mihi quidem videtur,
est calida *Zona*: nec non quia Itali valde generosissimo vino,
ac firmissimis liquoribus utuntur: Quapropter Sanguis praeter-
fluens in vasorum parietes impellit, & hi tantis impulsibus non
resistunt: ideo plus aequo relaxantur, & procreant morbum
hunc, qui universim in Medicinae Cheirurgicae Gymnasiis ap-
pellatur Aneurisma.

§. X.

Poplitis Aneurisma animadverti in iis, qui Aurigae, Na-
vitae, Viridarii custodis artem exercent, & in reliquis omnibus,
qui artes sordidiores profitentur, & praesertim in iis, qui geni-
bus submissis assidue insistunt, huic morbi speciei subjecti sunt.

§. XI

Ad Prognosin, & indicationem curativam formandam di-
stingui Aneurisma hoc operae praetium est (1) in magnitudi-
nem, ut observatum est, magnam, mediocrem, parvam, (2) in
figuram aliam oblongam, aliam orbiculatam, (3) in situm mo-
do in superiorem cavitatis Popliteae partem, modo in medium,
modo in inferiorem tantum & modo in totam praedictae ca-
vitas extensionem, (4) in causas: ut supra in §. viii. dictum
est, (5) in species, aliud est enim Aneurisma verum, aliud spu-
gium, aliud mixtum vel complicatum, (6) in effectus, (7) in
indicationem, (8) in methodum, (9) in auxilia.

DE POPLITIS ANEURISMATIS EFFECTIBUS, SEU PHENOMENIS
SIGNIS DIAGNOSTICIS ATQUE PROGNOSTICIS

SECTIO TERTIA

§. XII.

INstantis autem Poplitis Aneurismatis phoenomena, & signa complura sunt. In quibus explicandis non dubitabo Anatomes praeceptis, Medicinae-Cheirurgicaeque Cl. Virorum observationibus uti. Tibiae in primis flexio propter nimiam voluminis tumoris compressionem fieri nequit. Obstructio illorum ramorum, qui a truncō Arteriae discedunt, producit inflammationem, atque suppurationem, & cariem cunctarum partium solidarum propinquarum: ut in Nosocomio Sanctae Mariae Novae Anno MDCCXLIX. in NICOLAI PISTULIC naviculari Domo Epidauri Aneurismate observatum fuit. Deinde *Haemorrhogia*, *Enchimosis*, *Tumefactio*, *Oedema*, & interdum Tibiae *Paralisis* atque convulsiones sequuntur.

§. XIII.

Signa hujusce Aneurismatis Diagnostica sunt, (1) intumescens sensim increscens, circumscripta, interdum orbiculata, interdum oblonga, vel ovata (2) color cuti similis, (3) pulsatio continua (4) mollis, & laxa, quae digitorum pressioni plerumque cedit, adeo ut etiam omnino dispereat, & facile redeat: major vero nec digitis facile cedit, nec pulsu considerabili gaudet, at strepitus heic observari quasi bullientis aquae videtur: ut ab AMBROSIO PAREO (c) PAULO BARBETTA (d), & aliis observatum & notatum fuit. ANTONIUS BENEVOLVS (e)

Prae-

(c) *De Tumoribus contra naturam in genere Lib. VI. De Aneurismate Cap. XXVIII.*
p. 229. edit. Lutetiae Par. lat. fact. JACOBO GUILLEMEAU Regio & Parisiensis
Medico - Cheirурgo interprete.

(d) *Cap. XVI. De Aneurismate p. 157. edit. Lugd. Batav.*

(e) *Osservazione XI. Aneurisma sopra il Ginocchio, colla perdita della pulsione p. 18. fino alla p. 122. ediz. di Firenze.*

Praeceptor meus Celeberrimus in carum observationibus Medico-Cheirurgicis in interna cruris dexterac parte, quatuor fere digitos supra genu DOMINICI MARTELLI Domo Florentiae Anno MDCCXL. Aneurisma sine ullo pulsu vidisse, narrat, & italico sermone cur pulsus deficit, eleganter exponit. Non ita multum Professor Florentinus hujuscce facultatis quidam loco tumoris purulenti aperuit Aneurisma in mulieris Poplite, quae ex haemorrhagia periret. Ergo pulsatio certissimum Aneurismatis signum semper non est: ut a FEDERICO RUIS-CHIO (f) otiam notatum fuit. Etiam si omnia haec signa a me observata fuerint, non semper uniyoca, vel patognomica sunt: sed saepius fallacia. Spurium tandem Aneurisma ex tumoris volumine, atque haemorrhagia satis distinguitur.

§. XIV.

Prognosis tandem hujuscce peculiaris Tumoris tam difficultis, ut a vulgaribus, ac rudibus Professoribus opinatur, non est. Itaque si sit *Aneurisma* verum in arteriae Popliteae trunco incipiens, vel mediocre, vel parvae molis, curationem promittit; adeoque sola membra amputatio ad vitam conservandam sufficiet, postea si id in ejus ramis sit, semper curatu facilius ac tutius: ut proxima in sectione clare, exacteque exponam.

DE POPLITIS ANEURISMATIS CURATIONE
SECTIO QUARTA, ET ULTIMA

§. XV.

ITaque cognita vera natura, atque essentia, nec non perscrutatis causis, differentiis, ac indiciis Poplitis Aneurismatis superioribus in sectionibus, ad ejus curationem transeundum censeo. Curatoriae autem indicationes, quae ad hunc morbum pertinent duae sunt: idest ejus ut foccus evanescat, vel penitus demoliatur. Auxilia, quae suppeditat Medicina Cheirurgica, ad

B 2

(f) Observ. 58. p. mihi.

(XII)

sanitatem recipiendam, sunt (1) *Dieta sive Abstinentia* (2) *Phlebotomia*, (3) *Compressio*, (4) *Arteriae Vinctura*, (5) *Amputatio*.

§. XVI.

Jam inde a principio hujus Aneurismatis curatio institui debet, quam CL. ANTONIUS VALSALVA instituere solebat, nimirum sanguine soepius misso, & tenuissimo dein vietu Aneurismata curare „ Sic curati „ in Arteria Poplitis „ ut praedictus BENEVOLUS (g) exemplum in ipsius VALSALVAE Musaeo vidisse testatur, ex homine qui post eam curationem morbo alio confectus fuerat. Id etiam ab antea laudato MORGAGNIO (h) dictum est. Et si haec curatio iterum, ac tertio felices habuit exitus, non omnibus adscribi, videtur; quia temperamenta, & Corporum habitus in hominibus consimiles non sunt: ideoque ad alia auxilia recurrandum est.

§. XVII.

Compressio autem, per splenia, laminas, & fascias in Poplitis Aneurismate nullum habet locum, cujus causa partes superpositae, subiectaeque valde comprimuntur, & illa phoenomena oriuntur, quae in sectione tertia §. XII. indicavi. Enim vero haec in illo trunco convenire tantummodo potest, tum cum id inceptum est, per illa sustentacula, quae a celeberrimo LAURENTIO HEISTERO (i) delineata sunt; sed ejus cochlea instar olivae figurac esse debet, ita ut aptari possit in illo intervallo quod inter Nervum Popliteum, internumque Femoris condilum est. Illa quidem compressione per PETITI (j) Torcularis admotionem in inferiori cruris parte supra arteriam instituta, cum Sanguis irrumpat, & sacci Aneurismatici dilatationem augeat, ideo relinquenda profsus est.

Si

(g) L. c. p. mihi.

(h) L. c. p. mihi ibidem.

(i) Institutiones Chirurgicae P. II. Sect. I. Cap. XIX. p. 450. Tab. XI. fig. 2. e 9. Tom. I. edit. Amsteledami.

(j) L. c. p. 222. Tab. VI. fig. Ejusdem edit.

§. XVIII.

Si vero his auxiliis Saccus Aneurimaticus non adducatur, ad Arteriae tamen vincturam veniendum est. Ea hoc modo fit. Imprimis cum Turculari cruris arteria comprimenta est, ut hac in Sectione §. xvii. scripsi. Dein percindenda, secundum sacci longitudinem, tegumenta, donec bene detegatur saccus: & tunc in superiori ac inferiori sacci aneurismatici parte arteria est intercipienda acu cum filo duplo: cavendum ne acus acutam' aciem habeat, vel simul intercipiatur nervus & vena, adeo ut *Aneurisma* inter has deligationes sit interceptum. Quidam ex auctoribus alteram hanc deligationem necessariam non existimant; alii vero utramque deligandam esse partem, autuant, quia ille ramus cum aliis anastomoses facit, arteria carente valvula. Ergo ex parte inferiori haemorrhagiam facere potest. Confecta jam operatione hac minuenda est Torcularis pressio, ut observetur, si firma est delegatio, & redeat in partem pulsus. Fila, quibus capita eorum continebuntur, extra plagae angulos dependere debebunt, quae pure orto sine ullo dolore excident, parsque tandem munienda linamentis siccis, spleniis, & fasciis aptis.

§. XIX.

Talis autem operatio Aneurismatis vero vel spurio ramorum ipsius Arteriae valde convenit, e nunquam illi ejusdem Trunci: ut PETRUS KAYSERUS, & FRANCISCUS PIERATTUS, qui aliquam inconsiderate habuerunt operationem, quae bene, prospereque successit, volunt: & id Anatome, ac Physiologice probatur. Ad deligationem Trunci faciendam, vasa finitima, ut defergatur saccus, incidere oportet. Ideo ob id pars inferior nutrimentum non sumit. Ergo in *Gangrenam* & *Sphacelum* evadat, necesse est; idque exemplis confirmatur.
(1) In Sanctae Mariae Novae Nosocomio a VALENTINO DEL TURCO atque NATALI CARLONIO quodam in Epidauro hanc Poplitis operationem hisce oculis egomet vidi. Sub Vespera

(XIV)

pera Tibia intumuit, lividaque facta fuit: die tertio ipse convulsus & vita discessit. Facta igitur Poplitis Sectione in superiori trunci parte una cum nervo & vena intercepisse vincluram invenimus. (2) Eumdem VALENTINUM CL. BENEVOLO praesente consimilem instituisse operationem in JOSEPHO BORGEO ut in Sectione prima §. iv. indicatum est, etiam vidi. Febris ardentissima, & delirium operationi statim supervenerunt: Die pariter tertia pars tumefacta & livida cum hydatidibus apparuit: iv. idus Septembris Anno vertente omnia symptomata mitigata sunt: & *Gangrena*, ac *Sphacelus* operationem fecuta sunt, ita ut *Tibia* propter id disjuncta fuit a Femore, quod praedstantia sublimitatis quatuor fere digitos e carnibus detectum superfuit; & xvi. Kal. Octobrias in maxilla inferiori convulsiones apparuerunt, atque vitam mortalem cum immortali commutavit. Ex his duobus casibus, & pluribus aliis a me observatis, quos brevitatis gratia praetermitto, inferre licet, vincluram Trunci Arteriae alienam esse: sed solam cruris *Ampputationem* adhibendam.

§. XX.

Sunt quidam ex professoribus, qui, vincluram Trunci ejusdem arteriae institui etiam debere, intendunt; si vero inferior pars in *Gangrenam* evadere minetur, tum cruris confessim amputatio fieri oportet. Hoc modo in Sanctae MARIAE NOVAE Nosocomio praedictum Carlonum Celeberrimi ANGELI NANNONI ductu fecisse aurigae cuidam Romano, qui Aneurismate Trunci Arteriae laborabat, & eodem die obiit, memini, & scio. In Pistorii Nosocomio idem fecit FRANCIS-CUS PIERATTUS: sed aegrotus convaluit, quia gracilioris Corporis habitu insignitus erat; ut idem ego observavi. Anno MDCCCLXII. in eodem Nosocomio idem factum est homini cuidam quadragenario, qui satis concessit ut scriptum ad me fuit. Idcirco aequo animo duas hafce tam barbaras operationes ferre equidem nemo potest.

AM-

(XIX)

pera Tibia intumuit, lividaque facta fuit: die tertio ipse convulsus & vita discessit. Facta igitur Poplitis Sectione in superiori trunci parte una cum nervo & vena intercepisse vincituram invenimus. (2) Eundem VALENTINUM CL. BENEVOLO praesente consimilem instituisse operationem in JOSEPHO BORGEO ut in Sectione prima §. iv. indicatum est, etiam vidi. Febris ardentissima, & delirium operationi statim supervenerunt: Die pariter tertia pars tumefacta & livida cum hydatidibus apparuit: iv. idus Septembris Anno vertente omnia symptomata mitigata sunt: & *Gangrena*, ac *Sphacelus* operationem secuta sunt, ita ut *Tibia* propter id disjuncta fuit a Femore, quod praeditantia sublimitatis quatuor fere digiti e carnibus detectum superfuit; & xvi. Kal. Octobrias in maxilla inferiori convulsiones apparuerunt, atque vitam mortalem cum immortali commutavit. Ex his duobus casibus, & pluribus aliis a me observatis, quos brevitatis gratia praetermitto, inferre licet, vincituram Trunci Arteriae alienam esse: sed solam cruris *Amputationem* adhibendam.

§. XX.

Sunt quidam ex professoribus, qui, vincituram Trunci ejusdem arteriae institui etiam debere, intendunt; si vero inferior pars in *Gangrenam* evadere minetur, tum cruris confessim amputatio fieri oportet. Hoc modo in Sanctae MARIAE NOVAE Nosocomio praedictum Carlonum Celeberrimi ANGELI NANNONI ductu fecisse aurigae cuidam Romano, qui Aneurismate Trunci Arteriae laborabat, & eodem die obiit, memini, & scio. In Pistorii Nosocomio idem fecit FRANCIS-CUS PIERATTUS: sed aegrotus convaluit, quia gracilioris Corporis habitu insignitus erat; ut idem ego observavi. Anno MDCLXII. in eodem Nosocomio idem factum est homini cuidam quadragenario, qui satis concessit ut scriptum ad me fuit. Idcirco aequo animo duas hasce tam barbaras operationes ferre equidem nemo potest.

AM-

§. XXI.

AMBROSIUS BELTRANDUS summus Regis Sardiniae Medicus Cheirurgus (k) quum de Aneurismate suo in Tractatu operationis Medico-Cheirurgicae disseruisset, de illo Poplitis etiam in transitu leviter tractavit: & ejus verba haec sunt „ *Si Aneurisma verum magnae molis elate, ac profunde foret, dum inciduntur multa vasa finitima jam conficientur: qua propter cruris amputationem institui melius esse, existimat* „ Ex hac ejus sententia in Anatomica *Poplitis* cognitione versatus non esse, neque hujuscē Aneurismatis videtur: quia praedictus KAYSERUS, qui omnium primus Florentiae ad instituendas has operationes fuit, ut mihi narravit JOSEPHUS THEODORUS PALIOTTUS Medicus-Cheirurgus primarius Cohortis tormentorum bellicorum; hic quatuor ex suis operationibus Aneurismatum cum victura fecit: quarum una felicem non habuit exitum. PIERATTIO vero & LOKMANNIO operatio felicior cessit. Vidi quoque DOMINICUM MASOTTUM nostris temporibus unum ex celeberrimis professoribus empiricis, qui eam instituit, & ad opus absolvendum auxiliarem manum ei KAYSERUM praestare necessarium fuit, id prestitisse & aeger bene convaluit. Quapropter non in omnibus Poplitis Aneurismatis cruris *Amputatio* convenit: ut audacter idem scripsit.

§. XXII.

Quemadmodum enim hi casus ad manus Professorum illiteratorum, ac Empiricorum fere acciderunt, qui, *Aneurisma* num in Trunco Arteriae, vel potius in ejus ramis fuisset, distinguere nesciverunt: & ii, qui etiam breviter ea de re scripserunt ejus delectum non tenuerant; sed sub nomina tantum Aneurismatis Poplitis omnia complexa fuerunt; ita etiam ad immutabilia praecepta instituenda de hujus morbi curatione ipsius

(k) P. 212. Cap. XXI. dell'operazione dell'Aneurisma. Tomo II. Edizione di Nizza.

fius arteriae ordinem caute inspicere operae practium duco. Ergo ex dictis in §. xix. hujuscce Sectionis in quolibet Trunci Arteriae Aneurismate cruris *Amputatio* juxta Methodum CL. ANTONII LOUISI (1) institui debet: & si id fuerit in ejus ramis solam vincluram cum illa prae cautione quam monet FERRANDUS (m) instituere necesse est, & nihil addatur nisi implicitum fuisset. Haec tandem habui de Poplitis Aneurismate, quae dicarem. Non quaero, ut me turba miretur, satis est, litteratos viros (ut vos A. P.) plaudere.

(1) Mémoire sur la Saillie de l'os après l'Amputation des Membres. &c. p. 26^e.
Memoire de l'Academie Royal de Chirurgie Tome second edit. de Paris.

(m) Lettre a M. Vandermonde dans le Journal de Medecine. Fevrier 1760.
p. 100, edit. de Paris.

DIXI.